



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.**

**Leroy, François**

**Pragae, 1666**

§.1. Excellente[m] hominis Christiani perfectionem, in ejus in Christum transformatione consistere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

S. Gertrudi eas lacrymas, quas ipsa in ejus passione deplo-  
randa funderet, patera aurea quasi recolligere; supra indi-  
catum est, cum compassionis exercitium proponeremus.  
In B. Lydvinae vita legimus; cum illa in quadam desolatio-  
ne spiritus, ipsos dies quindecim ad Christum plorando co-  
sumpsisset, atque ad extremum deficientibus lacrymis, hu-  
morem quendam sanguineum ex oculis stillaret, ejusmodi  
guttarum sanguinarum nonnullas reservatas, miram edi-  
disse odoris fragrantiam: non obscuro indicio illius, qua  
Virginis anima (licet afflita & desolata) in ijs fundendis  
perfunderetur, suavitatis. Felices profecto, qui ea gra-  
tiā donati sunt. *Domine, da mihi hanc aquam, doloris, in-*  
*quam, amorisq; sancti lacrymas, quæ cordis mei duritiam*  
*resolvant; ut in recolenda amarissima passione tua, sensum*  
*aliquem pietatis concipiā.*

## CAPUT IX.

### Transformatio hominis in JESUM Chri- stum crucifixum.

#### §. I.

*Excellentem hominis Christiani perfectionem in ea trans-  
formatione considerare.*

**S**uprema humanæ animæ perfectio atque felicitas, in-  
propinquo ad Deum accessu, per intimam naturæ, indo-  
lis, morumq; divinorum participationem, atque eo sensu,  
in quadam in ipsum primum suum principium, finemq; ul-  
timum ac summum bonum, transformatione consistit. Et  
in illa quidem felicissima regione æternæ lucis & pacis im-  
perturbabilis, revelatæ facie gloriam Domini speculantes,  
in eandem imaginem (ut Paulus loquitur) transformabi-  
latur,

*2. Cor. 2.*

*i. Joan: 3.* Deiformes effecti. Ut enim ait dilectus discipulus: *Sicut quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam visimus eum sicuti est.*

At vero dum in hoc corpore peregrinamur à Domino, dum adhuc tempus est temptationis atque conflictus, & do nec affligi, premi, tundi, conculcari, & quotidie mortis cessum est, multum equidem & sat erit fortasse, si post longam exercitationem, conformes fiamus exemplari, quod nobis in monte, non jam Thaboreo, sed Calvario, monachum est; hoc est, si in Christi crucifixi expressam imaginem quadam sensum ac morum similitudine, unitateve transeamus. Nimur ab ista morte ac tristiore Dominostri patientis imagine, ad gloriosam illam atque divinam proclivis omnino transitus est. Cumq; Christi vita, perfecta quedam sit vita divinae ac morum divinorum expressio; consequens est sanè, ut qui formam morum & mentis habitu in Christum crucifixum transierit, ipsius partem divinæ vitæ imitator sit, & (etiam degens inter mortales) magno quædam existat summæ divinitatis. Ut enim prædictus Origenes, de Christi humana natura ad divinam comparandis differens, docet illam, ejusve operationes indeclinabiliter eosdem motus suscepisse: quod illam nimur aspicere, ut divinitatis instrumentum intimè conjunctum, & ad omnem divinam motionem maximè pronum ac sequax; ipsius vetem operationes ut quandam divinitatis umbram: quæstione etiam quidam alij divinam naturam luci, humanam interposito corpori, & humanæ naturæ operationes umbrae comparavere.

*V. S. Greg: 18. mor. c. 12. S. Tb. 3. p. 932. 4. 1. ad 1.* Quemadmodum enim in horologio aliquo scioteris gnomonis umbra solaris motus æmula est, nec aberrans quam vel in minimo, sed indeclinabiliter eosdem instrumentis suscipit: ita quælibet humanitatis Christi operatio di-

vinorum sensuum ac motuum certissimus index atque expressa representatio est, ejusque vita velut ectypa divinæ vitæ: ut qui in Christum crucifixum, morum ipsius exactâ imitatione ac similitudine transformetur; hoc ipso eum necessè sit, sensim in nobilem divinitatis imaginem (quoad vitæ mortalis conditio patitur) conformari.

Et quanquam in omni Christiano formari Christum oporteat; prout ad Galatas scribens ajebat Apostolus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formerur Christus in vobis;* quod etiam aliâ phrasî significat, dum hortatur ut Christum induamus, aut ut imaginem hominis cœlestis, hoc est, Christi portemus: hoc tamen, quâdiu in ipsum Christum non transformamur, non nisi initium quoddam Christianæ perfectionis esse videtur. Dici enim potest Christus in nobis formatus esse, cùm ei per fidem atque amorem adhæremus, ejusque actiones pro se quisque imitari, cique conformes quadantenus effici studemus; tametsi dum ita in nobis ille formatur, ipsi etiamnum in nobis restemus, hoc est, adhuc nos ipsos, sive veteris hominis affectus cupiditatésq; inviti licet ac reluctantes, sentiamus; nec proinde licet nobis cum Apostolo dicere: *Vixi autem, jam non ego, &c.* At verò, qui in Crucifixum, uti nunac loquimur, transformatus est; is jam in se ipso non vivit amplius, sed solus Christus crucifixus; ita videlicet, ut sibi ipsi perfectè mortuus, se ipsum jam quasi non sentiat, ad se ipsum in nullo respiciat, siue oblitus se ipsum in Christo crucifixo perdat, non quidem naturæ commutatione, sed omnimodâ (quoad mortali licet) motuum propensionumve cum Christo crucifixo unitate. Sicut enim is vulgo dicitur amissile oculos, qui licet eos adhuc habeat, eorum tamen usum amisit: ita quodammodo in Crucifixi corde se se perdit anima, quando ita suam essentiam retinet, ut jam non duocatur suis motibus & propensionibus, sed solo agitur spiritu

B b b b

Chri-

Gal: 4,

Christi crucifixi: uti mox pluribus cum Seraphico Deo explicabimus.

Atque in hoc jam illa confisit suprema & rara, sed men concessa non paucis, nec proinde pio ac sedulo Aler desperanda, Christianæ virtutis ac perfectionis consummatio.

### §. 2.

Frequenti circa Christum passum exercitatione, postea eam transformationem perveniri.

**H**ic igitur fructus cum primis excellens efflorescit deinceps ea, quam non immerito tantopere commendamus, crebrà & assiduà circa Domini nostri passionem exercitatio: quod nunc jam pluribus declarabimus, & aliquà sentoritate, seu ratione stabiliemus.

Primo enim S. Bonaventura parte i. Stimuli cap*4*:  
haec ipsa exercitatione agens, inter varios fuerit, quos specie debeat pius Exercitator, ait quinto loco contemplando esse passionem Christi, ad cordium nostrorum resolutionem & perfectam transmutationem in ipsum. Quod tamen (subdit) quando homo non solum imitatur, compatitur, insatur & exultat, sed etiam totus convertitur in Dominum nostrum JESUM Christum crucifixum; ita ut exiens ex se, & stratus ab omnibus, nihil videat aut sentiat intra se ipsum, nisi Christum crucifixum, illusum, exprobatum pro nobis. De 8*it: sp*ir. bus consentaneè S. Vincentius: Oportet (inquit) quid in sub finem. veritas te totum & reclines super brachia IESU Christi purissimi, vilissimi, & improperati, despecti & mortui proprii, usquequo tu sis mortuus in omnibus sentimentiis tuis humectus. IESUS Christus crucifixus vivat in corde tuo, & in tua anima & totus transformatus & transfiguratus cordialiter sentias te, ut nunquam videoas, nec sentias, nec audias, nisi ipsum habem stantem in cruce, propter te mortuum & sussesum.